LXII. *Angera et ripa lacus Verbani orientalis.*

Angera ad ripam lacus Verbani orientalem ut hodie floret, ita etiam Romana aetate rem publicam quidem non habuit, sed vicus fuit celeber et conspicuus, cuius nomen antiquum titulus n. 5471 videtur servasse ibi dedicatus a *vicanis Sebuinis;* nam simile nomen lacus Sebinni, nunc *lago d'Iseo* (v. p. 545) non comparaverim. Cum Angeranis coniunximus lapides repertos in pagis proximis Lentate Ispra Bregano Brebbia, ubi item vicus videtur fuisse (cf. n. 5504), Besozzo Leggiuno. Contra septentrionem versus in hac quoque ripa tituli deficiunt, neque inde habemus nisi n. 5518, si quidem vere prodiit prope Cittigliam, et n. 5519 Cuegliensem. Municipalia, quae in his inveniuntur, omnia sunt Mediolaniensia excepto titulo dubiae attributionis n. 5518.

5465 litteris bonis. Angerae nuper reperta in hortis doctoris Stephani Castiglione ibidemque servata BIOND. Nunc est Mediolani in Brera.

CAVTOPATI · SACr
M · STATIVS · NIGer
VI · VIR · AVG · C D D ∧ m
LEG · DEND · C · A · A · M
ET · C · VALERIVS · IVLIΛ *sic*
LEONES · LEG · V · S · L · M

Contuli. Ed. Biondelli *Rendiconti dell' Instituto Lombardo* 1868 p. 523.

3 pro C ne puta legi possi G. Sequitur deinde post D D litterae A vestigium nec plus una littera periit.

5466 Angerae in hortis Borromaeanis DUELL.; ad ianuam sacelli FRISI.

Duell.:	*Frisi:*
HERCVLI	HERCVLI
S · ENTIVS	SENTIVS
T . . ERVS	PRI*mu*IVS
D · P · L · M	DIEM

Duellius lucubr. 1733 p. 29 (inde male Mur. 61, 15); Frisi ad Alciatum l. 2 p. 163.

2. 3. fortasse C·SENTIVS·THREPTVS; cf. n. 5473. — 3 MVL ad exemplum Frisianum postea adiectum est.

5467/8 Angerae in vetustis aedibus nuper reperta extat apud Iosephum Peronium.

HERCVL
VALERIAN
VIRIANI
SECVND·F
V · S · L · M

Contuli. Ed. Biondelli *Rendiconti* 1868 p. 517.

5469 Angleriae nuper eruta ALC. in ecclesia Parti (?) prope ianuam ad cornu evangelii FRISI. Nuper periisse emptam a lapicida scribit BIONDELLIUS l. c. ad n. 5465.

ISbI · M · QVRT
AEDEM

Alciatus l. 2 f. 61 (inde Grut. 1010, 5 ex Alc.; Borsieri l. 3 inscr. 7 ex Torniello); Frisi ad Alciatum l. 2 p. 371, qui vidit a. 1781.

1 QVRT . . . Alc., Q. . . Frisi.

5470 Angleriae CYR. in hortis Borromaeanis DUELL. LAB. EGO.

I · O · M
T · AEMILIVS
VALERIVS
V · S

Contuli. Cyriacus p. 41 n. 96, a quo sumpserunt Iucundus n. 36 (inde Apianus 168, 3; ex eo Ligorius Taur. 2 et Smetius 147, 14 et Grut. 14, 14) et Lilius f. 17' et Alciatus cod. Dresd. l. 2 f. 63; Borsieri l. 1 inscr. 18 ex Torniello; Duellius lucubr. 1733 p. 29; Mur. 2, 1 ex schedis suis; Frisi ad Alciatum ms. tom. 2 f. 163, qui vidit a. 1781; Labus ad Amorettium p. 17; Biondelli *Rendiconti* 1868 p. 516.

5471 Angerae in hortis Borromaeis.

in latere:	*in antica:*	*in latere:*
delphinus *aquila*	I · O · M	*aquila* *delphinus*
deus Gigantem in serpentis figuram finientem manu apprehendens et fulmine eum feriens	*figura stans* M · CALVIVS SATVLLIO VICAN · SEBVINI · BASIM *figura stans*	*Gigas in serpentem finiens* — *deus nudus stans fulmen (?) manu tenens*

Contuli. Ed. Biondelli *Rendiconti* 1868 p. 516.

5472 Angleriae ad aedem S. Mariae Virginis CYR. ALC. PAC. Angleria Philippus Archintus iurisconsultus Mediolanum in domum suam transtulit MERULA. Ibidem viderunt plurimi, donec nuper migravit in Breram. — Salutii (eo quod Cyriacus praescripserat 'in Salusiis') LIL. SIED. errore, Windischgratz LAZIUS fraude.

I · O · M
P · QVRTIVS · P · F · VICTOR
P · QVRTIVS · P · F · PRIMVS
~~VI~~ · VIR · IVN
sacrificium; adest tubicen et popa cum victima; vir libat in ara

Contuli. Cyriacus in cod. Ambros. A 55 inf. f. 3 et in comm. p. 41 n. 93; pendent ab eo Iucundus n. 34 (ex eo Apianus 168, 1, a quo rursus sumpserunt Lazius r. r. p. 1172; Ligorius Taur. 2; Smet. 147, 12 ex Apiano; Grut. 14, 10 ex Ap., 460, 12 ex Lazio); Lilius f. 17'. 18; codex Siederi Mut. f. 67' (inde Mur. 1031, 1 e schedis suis); item fortasse Borghinius p. 128 ex libello Fr. Pandulfini. De lapide Alciatus l. 2 f. 32 (inde ligno incisam dedit Grut. 1007, 1. 2); Pacedianus l. 1; Merula 1538 p. 47 (inde Grut. 462, 3); Borsieri l. 1 inscr. 24; Archintiana ad Alc. f. 195, cod. Ottob. f. 58, ed. p. 51; Gratiolius aedif. Med. 1735 p. 141 sq. (inde ligno expressit Mur. 6, 1 citato item Pacediano); Giulini memor. in indice vol. 8; Osann p. 556; Rosmini stor. 1, l. 4, 404, ubi datur aere expressa; Orelli 3946.

Adhaesit in fine IT·AVGVSTAE·PRAETORIAE apud Lil. et Mur. 1031, quoniam sequuntur apud Cyriacum verba ipsius: *item Augustae Praetoriae Anglerianae.* — In postica dicitur cerni aquila globo insidens; ea hodie certe non apparet.